Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tanto est arctior quanto vetustior quia quod facile immutari non potest per longa tempora custoditur.
Versificator fabularum Esopi fabula xxxviii.
Nullus amor durat nisi fructus servet amorem.
Idem fabula lxii.
Nam refugit viso turbine falsus amor.
Dum fortuna tonat fugitivos terret amicos.
Quis amet et quis non sola procella docet.
Autor libri qui dicitur Facetus ca. vi.
Qui fuerit felix multos novit amicos.
Sed miser effectus solus ad yma cadit.
Andreas ad Gualterium de amore libro iii. Verus amicus in amoris adversitatibus fidelior invenitur et efficacior in omni tribulatione constantior.
Henricus Samariensis libro primo parte prima.
Dum zephyrus flabat multos comitabar amicos.
Nunc omnes aquilo turbine flante fugat.
Idem libro ii in fine.
Nulla remota via solidum permutat amorem.
Jacobus beneventanus ca. xxiii.

Iste liber quartus secunde partis tractat de odio discordia et pace sub his titulis sequentibus et primo videlicet de odio. Capitulum primum.

Salomon in proverbiis ca. x. Odium suscitat rixas. Idem xxvi ca. Qui operit odium fraudulenter revellabitur malitia eius in consilio.
Aristoteles Ethicorum libro ii ca. xxi. Non oportet amare tamquam oditurum sed odire tamquam amaturum.
Yhesus filius Sirach in Ecclesiastico ca. ix. Terribilis est in civitate sua homo linguosus... [uncertain reading: Terribilis est in verbo suo odibilis est.]
Therencius in Andria ca. iii. Veritas odium parit.
Tullius Tusculanarum questionum libro x. Odium est ira inveterata.
Ovidius sine titulo sive amorum li. primo ca. viii. Sepe simulatos ira morata facit.
Quintilianus declamationum iii declamatione. Odium quod adhuc erit oculi et hunc in pectoribus humanis furentem livorem accendunt. Nec levius dicis accedit insania quotiens quem execraris aspicias. Idem xii declamatione. Non adeo desunt dolori causae ut iam rara simultas sit et videatur quasi nichil magis quam malos odisse. Idem xiii declamatione. Omnia facinora nisi fallor causas vel de cupiditate vel de simulationibus trahunt.
Johannes epistola prima ca. ii. Qui odit fratrem suum in tenebris est et in tenebris ambulat et nescit quo vadat quoniam tenebre obcecaverunt oculos eius.
Juvenalis libro v et fine satyra iii et xv.
Inter finitimos vetus atque antiqua simultas
Immortale odium et numquam sanabile vulnus.
Non odium terrore movet.
Fulgentius Mitologiarum libro primo fabula vi. Mortalium iurgiorum iudicio terreno constant statuta ... naturali causali et accidentali. Naturale odium et ut canum ... et luporum hominum et serpentum. Tale est ut amoris zelus atque invidie. Accidens est quod acciditur ... taliter aboritur ut hominum aut per comestiones ut iumentis.
Boetius de consolatione libro iii ca. vi. Bonos quis nisi stultissimus oderit. Idem topicorum libro iii. Ex arrogantia fit quisque odiosus. Idem in musica libro primo. Odiosa est dissimilitudo atque contraria.
Cassiodorus Epistolarum libro x epistola xi. De elatione odium concitatur.
Isidorus Soliloquiorum libro ii ca. xxiii. Aliene negotie non serves dolorem. Odium a regno dei separat homines. Idem xlv ca. Odium timor generat.
Andreas ad Gualterium de amore libro iii. Nullus tante dilectionis aliquem vel amicitie vinculo colligatur si cognoverit ipsum per sue uxoris vel filie vel propinque instanter esse solicitum per stratum quod ipsum non capiat odii livore moveri et indignationis venena concipere.

De invidia zelo et nemesitate. Ca. ii.

Job ystorie ca. v. Parvulum occidit invidia.
Salomon ... ca. iiii. Ait Salomo contemplatus sum omnes labores hominum et industrias animadverti patere invidiam proximi.
Aristoteles rhetor libro ii ca. xi. Nemesare est tristari de eo qui videtur indigne bene agere. Idem ca. xiii. Invidia est tristitia quedam super bona actione apparenter bonorum. Circa que autem videntur amatores honoris invidiosi sunt magis quam non amatores honoris in sapientia et universitate amatores fame. Invidiosi sunt circa hec. Idem xxiiii ca. Zelus est tristitia quedam super apparenti presentia bonorum honorabilium et contingentium et ... sibi accipere preter similes natura non quia alii sed quia cum sibi sunt. Zelatus se ipsum preparat per emulationem ut obtineat bona.